XIII

VAni sūt aūt oēs hoīes
in qbꝫ non subest sciā dei: et de
bis q̄ vident̄ bona non potuerēt
intelligere eum q̇ est: neqꝫ opibꝫ attendē
tes agnouerēt q̇s esset artifex: ſ aut ignē:
aut spm̄. aut citatū aerem. aut gyꝝ stella
rum. aut nimiā aquā. aut solē. ⁊ lunā re-
ctores orbis terraꝝ deos putauerēt. Quo
rum ⁊ si specie delectati deos putauerūt
sciant quanto his dn̄ator eoꝝ speciosior
est. Speciei enim generator hec oīa con-
stituit. Aut si ꝟtutem ⁊ opa eorū mirati
sunt: intelligant ab illis. qm̄ qui hec fecit
fortior est illis. A magnitudīe enim spe-
ciei ⁊ creature. cognoscibilit̄ poterit crea-
tor hoꝝ videri. Sed tn̄ adhuc in his mi-
nor est querela. Et hi enī fortasse errant
deum querentes ⁊ volētes inuenire. Et-
enim cum in opibꝫ illius conuersent̄: inq̇-
runt ⁊ persuasum habent: qm̄ bona sunt
q̄ vident̄. Iteꝝ autē nec his debet igno-
sci. Si eniꝫ tm̄ potuissent scire vt possent
estimare seculū: quō huius dn̄m non fa-
cilius inuenerūt. Infelices aūt sunt. ⁊ in
ter mortuos spes illoꝝ est: q̇ appellauerēt
deos opa manuum hoīuꝫ: auꝝ ⁊ argen-
tum artꝭ inuentionē. ⁊ similitudines aīa-
lium: aut lapidē inutilē opꝰ manꝰ anti-
que. Aut si q̇s artifex faber de silua lignū
rectum secuerit. ⁊ huius docte eradat om
nem corticē. ⁊ arte sua vsus diligenter fa
bricet vas inutile in conuersationē vite:
reliquijs aūt eius opis ad p̄parationem
esce abutat̄. ⁊ reliquuꝫ hoꝝ qđ ad nullos
vsus facit. lignū curuuꝫ ⁊ verticibꝫ plenū
sculpat diligenter ꝑ vacuitatē suam. ⁊ ꝑ
sciāꝫ sue artꝭ figuret illud. ⁊ assimilet illud
imagini hoīs. aut alicui ex aīalibus illud
cōparet: pliniens rubrica. et rubicunduꝫ
faciens fuco colorē illius. ⁊ omnē macu-
lam q̄ in illo est perliniens. ⁊ faciat ei di-
gnam habitationeꝫ. ⁊ in pariete ponens
illud. ⁊ confirmans ferro ne forte cadat
prospiciens illi: sciens qm̄ non potest ad-
iuuare se. Imago enī est. ⁊ opꝰ est illi ad
iutoriū. Et de suba sua. ⁊ de filijs suis et
de nuptijs. votum faciens inq̇rit. Non
erubescit loq̇ cuꝫ illo q̇ sine aīa est. ⁊ ꝓ sa-
nitate q̇dē infirmū deprecat̄. ⁊ ꝓ vita ro
gat mortuū. ⁊ in adiutoriū inutilē inuo-
cat. ⁊ ꝓ itinere petit ab eo q̇ ambulare nō
potest. ⁊ de acquirendo et de opando et
de omnium reꝝ euentu petit ab eo qui in
omnibꝫ est inutilis.

XIIII

ITeꝝ aliꝰ nauigare cogitans et
per feros fluctus iter facere inci
piens: ligno portante se. fragiliꝰ
lignum inuocat. Illud enī cupiditas ac-
quirēdi excogitauit: ⁊ artifex sapīa fabri-
cauit sua. Tua autē pater ꝓuidentia ab
initio cuncta gubernat. qm̄ dedisti ī ma-
ri viaꝫ: ⁊ inter fluctus semitā firmissimā:
ostendēs qm̄ potens es ex oībꝫ sanare. eti
am si sine rate aliq̇s adeat mare. Sed vt
non essent vacua sapīe tue opa: ꝓpter ħ
etiam et exiguo ligno credunt hoīes ani-
mas suas. ⁊ transeuntes mare ꝑ ratem li-
berati sunt. Sed et ab initio cum ꝑirent
suꝑbi gigantes: spes orƀ terraꝝ ad rateꝫ
confugiens: remisit seculo semen natiui-
tatis. q̄ manu tua erat gubernata. Bene
dictum est enim lignuꝫ per qđ fit iusticia
Per manꝰ autem qđ fit idolum maledi
ctū est. et ipsum. et q̇ fecit illud: qꝛ ille q̇-
dem operatus est: illud autem cum esset
fragile. deus cognominatus est. Simili
ter autem odio sunt deo. impius et impie
tas eius. Etenim qđ factum est: cum illo
qui fecit. tormenta patiet̄. Propter hoc
⁊ in idolis nationum non erit respectus.
qm̄ creature dei in odium facte sunt ⁊ in
temptationē anime hominum ⁊ inmusci-
pulam pedibꝫ insipientium. Iniciū enim
fornicationis est exquisitio idoloꝝ. et ad
inuentio illoruꝫ corruptio vite est. Neqꝫ
enī erat ab initio: neqꝫ erunt in perpetuū
Suꝑuacuitas enim hoīuꝫ hec adinuenit
in orbem terraꝝ. et ideo breuis illoꝝ finis
est inuentus. Acerbo enī luctu dolens pa
ter rapti cito sibi filij fecit imaginem. ⁊ il-
lum q̇ tunc quasi homo mortuus fuerat.
nūc tanq̄ deum colere cepit et constituit
inter seruos suos sacra et sacrificia. De-
inde interueniente tempore. conualescēte

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-104/0556
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG